Brant, Sebastian ; Locher, Jakob BÜbers. [Editor]: Stultifera Navis Sebastianus Brant.: Per Jacobum Locher cognomento Philomusum Suevum in latinum traducta
1497 Seite 129



## De prędestinatione.

Qui precium poscit quod non meruisse videtur:
Atqꝫ super fragilem ponit sua brachia cannam:
Illius/in dorso cancrorũ/semita stabit:
Deuolet inqꝫ suum rictum/satis assa columba.



## Prescientia dei.

Elegit nos in ipso añ cõstitutionem mũdi vt essemus sancti & ĩmaculati in cõspectu ei⁹ in caritate q̃ p̃destinauit nos ĩ adoptionem filiorũ. Omnes quidẽ p̃sciti pauci vero ad vitam p̃destinati Nouit deus q̃ sũt eius: ex his nemo seducitur.

Scire nefas homini quę sit diuina voluntas:
Quid ve deus statuat: quis finis: quę sibi merces:
Hęc fatui quęrunt: quibus est nimis anxia cura
Nosse: quod a superis decernit̃: atqꝫ ꝓbat̃.

Ad ephe.i
de pe.dis.iiii.
c. benedictus
ii.thimo.ii.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-219/0129
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG